

- 18 Text. in L. Nefennius ff. de Negoc. gest. procedit etiam in Patre.
- 19 Investimenti omisso obligat omittentem ad damna exinde illata interesse habenti.
- 20 Administratio vera requiritur in patre ad hoc ut compensare valeat alimenta filiis præstita, nec sufficit ficta & præsumta.
- 21 Administratio penitus extincta dicitur elapso tempore ad quod fuit delegata.
- 23 Patris voluntas exclusiva compensationis cum alimentis filio subministratis eruitur ex illius opulentiæ & alimentorum tenuitate.
- 24 Item ex solutione facta filio per sua provisione.

DECISIO I.



**A**d declinandam damnorum resolutionem Didaco de Avila Auctori D. Ciciaporci debitam ob neglectum à Jacobo Patre investimentum atque multiplicum favore ejusdem Didaci, ac Hieronymi fratris à R. P. D. de Avila eidem Jacobo hæredi demandatum, Petrus Paulus de Avila dicti Jacobi cohæres, & Reus conventus, hanc inter cæteras opposuit exceptionem, quod in exonerationem ejusdem debiti contraponenda essent alimenta per Jacobum filio, extra paternam Domum, subministrata in mensuris scilicet 15. verum ea in geminis instantiis tam scilicet coram bon. mem. Pio prævisis decisionibus editis die 30. Februarii 1696. & 2. Martii 1698. quam coram clar. me. Cardinali Caprara prævia similiter decisione evulgata die 9. Decembris 1701. rejecta fuit nedum usque ad tempus, quo Didaco, & Hieronymo nondum perventis ad ætatem 20. annorum, multiplicum debuisset perdurare, sed etiam in posterum, quando juxta Testatoris præceptum, investimentum jam perfecte multiplicatum dimittendum erat liberæ dispositioni Legatariorum; Et licet in gradu restitutionis in integrum Sac. Rota coram Reverendissimo D. meo Decano die 17. Maii 1711. in contrariam abiisset sententiam quoad damnâ post 20. annos decursa, & in eadem resolutione permaneret die 23. Junii 1714. coram bon. mem. Anfaldo, ad quem ex amplitudine commissionis hæc quoque inspectio fuit devoluta antequam Reverendissimus Decanus finaliter pronunciaret; Mihi tamen causa subinde delegata etiam in gradu restitutionis in integrum ex obstaculo rei judicata exortæ ob non interpositam appellationem DD. in Sedulo, accuratoque hujus quæstionis examine, firmiora censentes momenta compensationis exclusiva super congruo dubio, an constaret de re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum responderent -- constare de causis, cum legalis æquitas non patiat, denegandam fore restitutionem in integrum ei, cui ex sententia injusta contraria obvenit res judicata ad Text. in leg. 4. §. Condemnatum ff. de re judic. Rot. decis. 618. & 871. utrobique n. primo coram Card. Ceyro in Arminen. Castrorum 21. Junii 1700. §. Injustum coram bon. mem. Molines, & in Romana associationis 10. Maii 1706. §. Post obitum coram Eminentissimo Cardinali Scotto.

Injustitia autem dictæ posterioris sententiæ bon. mem. Anfaldi admittentis compensationem alimentorum cum fructibus ex Investimento, & multiplico retrahendis, & Didaco Jacobi filio debitis ex eo decedere visa est quod R. P. D. de Avila qui Jacobum sibi hæredem instituit eundem Jacobum prægravavit onere quanto citius vendendi Vineam hæreditariam prope Portam

unâ cum mobilibus ibidem existentibus indeque pretium investiendi in locis Montium ad effectum consiendi ex illorum fructibus multiplicum eosque duraturum, donec Didacus, & Hieronymus filii Jacobi hæredis, & Nepotes Testatoris pervenerint ad ætatem 20. annorum decernens insuper quod cum Didacus, & Hieronymus prædicti ad dictam ætatem 20. annorum respectivè pervenerint, loca Montium ex pretio Vineæ &c. sint libera ipsius Didaci, & Hieronymi pro medietate &c. ad hoc ut ipsi Didacus, & Hieronymus, & quilibet eorum tam loca Montium hujusmodi quam illorum fructus &c. vendere, & illorum integrum pretium in emptionem unius, vel plurium Romanæ Curie officiorum &c. convertere, ac de illis, & illorum medietate &c. pro eodem libito voluntatis disponere liberè possint, & valeant -- Quare cum Jacobus subinde Patris acceptaverit hæreditatem, & investimentum cum multiplico prætermiserit, & in hoc rerum statu filio seorsum viventi alimenta indefinitè subministraverit, perstringens inde oriebatur argumentum, quod Pater neque potuerit, neque voluerit prætenfam compensationem consummare.

Ex relato etenim dispositionis tenore perspicuum reddebatur Testatorem id principaliter exoptasse, quod loca Montium postquam fuissent multiplicata usque ad ætatem vigesimi anni ad liberam, & absolutam Nepotum dispositionem pertransirent; ad hoc, ut illi tam de sorte, quam de fructibus pro libito voluntatis potuissent disponere; Undè extra controversiam repositum videbatur, quod juxta ejusdem Testatoris voluntatem Pater nequisset fructus rei legatæ cum alimentis compensare; Tum quia si idem Legatum oneri compensationis subijceretur, infracta, aut refrænata remaneret ea omnimoda, & absoluta potestas disponendi ad libitum concessa Legatariis, ex traditis per Barbof. de dict. ususfreq. dict. 190. n. 3. 7. & 14. Menoch. conf. 640. n. 4. Surd. conf. 259. n. 17. Mans. consult. 182. n. 8. & Rot. decis. 140. n. 16. part. 18. recent. & in casu bene observat decisio bon. mem. Pii 2. Maii 1698. §. Aut verò, altera clar. mem. Cardinalis Caprara 9. Decembris 1701. §. Et potissimum; Tum etiam quia cum Testator sub enarrata dispositionis formula Patri prohibuerit usumfructum super dicto Multiplico, ut post Bald. in leg. final. n. 8. & ibi Salicet. n. 2. Cod. de usufruct. in puncto advertit Angel. Rodolph. allegat. 88. n. 9. Cardinalis de Luca de servit. disc. 60. nu. 5. & animadversum quoque fuit in dicta decisione bon. mem. Pii §. Et altera, prohibita hinc quoque censeretur debeat compensatio, qua admissa Pater idem consecutus fuisset emolumentum, ad regulam, de qua Mascard. de probat. conclus. 102. per tot. Surd. conf. 301. n. 74. Barbof. axiom. Jur. 193. n. 3. & 5. & Mangil. in tract. de imput. quest. 51. n. 30. & in puncto præciso tradunt Gall. in tractat. de fructibus disput. 36. art. 4. n. 18. Lagunez. de fructibus part. 2. cap. 7. n. 77. & seq.

Hujusmodi igitur multiplicum ea intentione censeretur ordinatum, ut eo mediante, ac ex illius fructibus Legatarii, aut Ditiore evaderent, aut decentiorem sustentationem exciperent pro illis expensis, quæ metam alimentorum excederent, non verò ad eximendum Patrem ab onere præstandi alimenta de jure debita, quia si juxta hanc posteriorem intelligentiâ filii obstricti fuissent reservare fructus Multiplici pro extrema alimentorum indigentia, non amplius verificabilis fuisset toties inculcata Legati libertas, neque amplius Legatû, quod relevasset Patrem ab obligatione alendi filios

- 5 filios præ se tulisset eorumdem filiorum commodi, & fructum per ea, quæ in puncto observat Rot. coram Emerix jun. decis. 1177. n. 2. & 3. in dicta decisione clar. mem. Cardinalis Caprara 9. Decembris 1701. §. Et hoc, & in Romana Officiorum Vacabilium, seu Ususfructus 15. Maii 1711. §. Hancque interpretationem coram bon. mem. Molines.
- Atque insuper nec aliæ deessent incongruentiæ, nam quæstio est de legato ordinato in eodem Testamento, ubi Pater fuerat hæres institutus, nec non de legato relicto Nepotibus à Testatore cognitis, & speciali amoris impulsu prædictis; Cum autem ex hisce circumstantiis patens undiquè fiat, quod Testator contemplatus fuerit Nepotes ex propria Persona, ex traditis per Soccin. junior. conf. 33. n. 5. & seq. lib. primo, Rota decis. 159. n. 16. & seq. part. 13. recent. decis. 135. num. 16. & seq. de impress. post Torr. de pact. futur. success. decis. 35. n. 18. & seq. de impress. ad ornat. Card. de Luc. sub tit. de Testam. & in Prænestina Pecuniaria prima Julii 1707. §. Tutorique coram bon. me. Omaña, quodque intra importantiâ legati intellexerit Patri præjudicium inferre, quia is est effectus legati respectu hæredis juxta theoreticam Bart. in leg. Si ususfructus §. Si ita quis n. primo, ff. quando dies legati cadat, Gabriel. conf. 118. sub n. 11. volum. primo. Card. de Luc. de Servit. disc. 62. n. 4. & clarus post Surd. conf. 116. n. 41. & seq. & de Aliment. tit. 2. quæst. 15. nu. 24. notat Rudolph. dicta allegat. 135. n. 8. certa inde eruebatur consequentia permissam non fuisse de illo compensationem cum alimentis à Patre ipso præstandis, qua admissa inutilis nedum evasisset legati dispositio adversativè quoad Patrem, & intuitu filiorum concepta, ex traditis per Paul. de Castr. conf. 455. versic. nunc ad tertium quæstum lib. 2. & bene Menoch. conf. 1022. à n. 3. ad 6. volum. 11. sed etiam inutilis, penitusque incongrua fuisset multiplici extractio ab Alie hæreditario, illiique consignatio vivente Patre demandata, nam si is in sensu Testatoris valuisset ex illius fructibus persolvere alimenta, consignatio prædicta ultronea, & inanis remansisset, ex quo iidem fructus in substantia adhuc decurrissent ad commodum Patris, ut ponderatur in Decisione bon. mem. Pii §. Porro, & præter ibi deductos in puncto præciso probant Cutrell. de donat. disc. 3. part. prima n. 13. Saminiat. contr. 16. n. 36. tom. primo, nisi magis incongruè, & improprie diceretur, quod Testator circa nudâ, & simplicam administrationem magis de Juvenibus legatariis, quam de Patre ipso, & hærede jam probatè idoneitatis, confiderit, contra ea, quoad propositum ponderant Alciat. de Præsumpt. reg. prima præsumpt. 45. & præsumpt. ult. in fine, Menoch. eodem tractat. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 47. per tot. Tiraquell. de Jur. Primogen. in præfat. à n. 90. cum multis seqq. Mans. conf. 201. n. 43.
- Undique itaque inspecta Testamentaria dispositione R. P. D. de Avila, patebat eum multiplicum ordinasse animo, & intuitu meliorandi inde Nepotes, eisque parandi decentiorem sustentationem; Quamobrem non poterat Jacobus illud convertere ad commodum proprium, & cum alimentis compensare, nam licet Pater minimè teneatur alere filium aliudè provivum Jov. de solemn. in contr. minor. glos. 21. §. 4. sub n. 82. vers. eximitur tamen, Gratian. discept. for. 60. nu. 19. & seq. & discept. 120. nu. 10. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 15. n. 11. Rosa consult. 54. num. 36. & hanc exemptionem consequatur etiam reluctante Testatore, cum privati Homines nequeant aggravare paternam obligationem restrictam ad casum, quo Decisiones noviss. ad Castellum de Alimentis.

filii alimentis indigeret ad Text. in leg. Nemo potest ff. de legat. 1. Peregr. de fideicom. art. 11. 12. ex n. 57. Castell. contr. Jur. lib. 3. cap. 17. nu. 68. & 91. Surd. de alim. tit. primo quæst. 91. num. 4. Hujusmodi tamen juris conclusiones locum sibi vindicare non poterant in subiecta hypothesi, ubi Jacobus hæres institutus acceptaverat hæreditatem Patris. Et proinde in his terminis obligatio præstandi alimenta supra multiplicum descendere non dicebatur à præcepto Testatoris, qui certè ex se infringere nequisset effectum legalis exemptionis Patri tributæ extra casum necessitatis, sed unice referenda erat ad factum ejusdem Patris, qui mediante acceptance hæreditatis, & cum Testatore, & cum Legatariis quasi contraxerat ad hoc, ut teneretur etiam cum proprio incommodo, & in præjudicium enunciatæ exemptionis ratam habere legantis voluntatem, eamque executioni demandare in tota sui continentia, & plenitudine ad Text. §. Hæred. instit. de oblig. 13. quæ ex quasi contract. nascuntur, Gratian. discept. for. cap. 657. n. 45. & seq. Barbof. de potest. Episc. alleg. 115. n. 8. Conciol. de hæred. artic. primo n. 24. Mans. consult. 48. n. 2. & 3. & Rot. coram Emer. jun. decis. 695. & 796.

Confluo autem ex his de defectu potestatis consequenter subsequebatur alter defectus voluntatis, nam si hæc in quolibet actu passivam recipit interpretationem à potestate, ut tradunt Surd. conf. 127. n. 57. Saminiat. contr. 100. n. 13. Rota coram Buratto decis. 24. n. 12. coram Celso decis. 116. n. 12. Dun. jun. d.c. 678. nu. 21. & in recent. decis. 181. n. 9. part. 7. facilis hinc descendeat illatio, quod Jacobus nec voluerit alimenta cum fructibus compensare, ne alias ejus voluntas traheretur in sensum testatori, ac sibi contrarium contra regulam, quam in similibus approbarunt Mantio. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 3. n. 15. 2. & seqq. Riminald. conf. 544. ex n. 41. ad 60. lib. 5. Castell. contr. Jur. lib. 4. cap. 7. serè per tot.

Et hinc superfluum censeretur potestatem descendere ad indaginem voluntatis sejunctam à potestate considerare. Et nihilominus etiam in hac differenti hypothesi DD. probabilius existimarunt Jacobum noluisse compensare, quia recepta videbatur inter Doctores conclusio, quod Pater, qui esset debitor filii, si adhuc alimenta filio suppeditat absque ulla protestatione, quod cedere debeant in sui debiti exonerationem, ea præstitisse censeatur intuitu Paterni amoris, & animo satisfaciendi potius obligationi naturali, quam compensandi, ex ea valida ratione, quod in concursu plurium Causarum, ad quas solutio sit referibilis, semper prævalere debeat causa descendens ab obligatione naturali, ut in puncto firmant Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 30. nu. 19. Signorol. conf. 62. per tot. Mascabron. Dearguill. conf. 110. n. 80. & seq. Barbof. in leg. prima sub n. 28. ff. solut. Matrimon. part. 7. Ancharan. quæst. 52. n. 10. & seqq. & Spin. de Testam. Gloss. 18. n. 78.

Et licet in alio diverso casu, quo Pater est Administrator Bonorum filii, communior Doctorum Sententia admittat compensationem juxta Text. in leg. Nefennius 36 ff. de negot. gest. cuius dispositio licet loquatur de Matre, ad Patrem quoque commodè referri valet, ex illo juris principio, quod cesset Patris obligatio alendi filium, ubi is fuerit ex propria substantia de alimentis provivus, ut tradit Barthol. in leg. Nefennius n. 5. Castr. conf. 415. n. 2. Dec. conf. 616. nu. 4. Mascard. de probat. conclus. 813. n. 4. Surd. de Aliment. tit. 6. quæst. 8. A 2 n. 46.



n. 46. 53. & seq. & quæst. 15. n. 11. & 12. *Cancer. variar. resolut. part. prima cap. 16. n. 30. Boss. de Alim. oblig. cap. 16. §. 6. n. 915.*

Attamen ea in præsentis facti specie nullum præbebat obstaculum quin Didacus Multiplicum, e jusque fructus consequeretur, quia Jacobus Pater, qui neque investimentum, neque multiplicum perfecerat numquam de facto administravit; Et proinde Juris conclusio tradita in terminis Patris administrantis Bona filii reddebatur inapplicabilis ex defectu administrationis, quam in hoc casu Pater nunquam exercuit; nec qualitas Administratoris, quæ non verificabatur de facto, suppleri saltem poterat ex fictione Juris, juxta quam præsumebatur, quod Pater Multiplicum perfecisset, ut arguit præterita Decisio §. *Hic verò.* Tum quia nulla aderat necessitas præsumendi, ac fingendi, quod Multiplicum fuisset de facto consummatum cum Jacobus etiam in suppositione non extantis Multiplici, rescire teneretur Didaco damnum ex illius omissione causatum, ex

- 19 *firmatis in Romana Censu 7. Decembris 1699. §. Quandoquidem coram bon. mem. Molines, in Romana Locorum Montium super fructibus 3. Februarii 1700. §. Sed & certius. §. Seq. coram bon. me. Ansaldo, & 16. Februarii 1705. §. Arguebant coram bon. me. Molines, & pritis in Romana, seu Cortonen. Pecuniaria 10. Decembris 1707. §. Et ratio cum seq. coram Eminentissimo Cardinali Scotto. Tum etiã quia præsumptio inductiva compensationis descendens ab administratione requirit administrationem veram, & residere non debet in administratione ficta, & mentali, secundum quã verificabile haud esset quod Pater rei administratæ fructus in filii alimoniam impenderit, in quo propriè actus compensationis perficitur, ut eam reducendo ad sensum prædicum, & demonstrativum firmat *Ursell. in exam. oper. sive conclus. leg. concl. 89. verb. alimen. n. 86. & 250. Adden. ad Afflic. decis. 241. n. primo, Cancer. var. resol. cap. 16. n. 30. part. prima, Gratian. discept. forens. cap. 252. n. 33. Tum demum quia re ad statum, & ad casum fictionis redacta nullatenus Jacobus Pater dici valisset Administrator, cum post vigesimum Legatariorum annum, Testator ei administrationem interdixit illamque plenariè in eosdè**
- 20 *Legatarios transfulerit ad Text. in leg. Statu liber. §. Stichum. ff. de legat. 2. leg. prima, §. Mulier. ff. de liber. agnoscen. Tiraquell. de Retract. convent. §. primo Gloss. 2. nu. 46. Barbof. axiom. 156. n. 6.*

Undè exclusa à Jacobo quacumque administratione tum scilicet illa facti, quam nunquam retinuit, tum altera juris, quam retinere non poterat articulus agebatur in terminis Patris debitoris, in quo non præsumitur voluntas compensandi, nisi opportunè adhibita fuerit cõtraria protestatio juxta sententiam relatam in §. *Et hinc*, maxime quia agebatur de Patre Divite, & alimenta subministrata fuerunt in tenui quantitate scut. 15. quolibet mense; Unde eo fortior evadit præsumptio Juris, quod Pater nolisset compensare, *Garz. de Expens. cap. 4. n. 24. Menoch. de Arbitr. cas. 88. n. 20. Boss. de Matrimon. tit. de Aliment. oblig. cap. 16. n. 906. Ludovic. decis. Perus. 78. n. 11. & seq. part. 2. Marta Medic. decis. 86. n. 3. & 30. Rota coram Cavaler. decis. 637. n. primo.* Addito etiam quod in ordinibus directis Banco S. Spiritus, in quibus Jacobus de facili valisset suam pandere voluntatem nedum nihil dixit de cõpensatione, sed potius illam exclusit referendo solutionem ad causam provisionis filio debitæ, ibi per *sua provisione, e del. Servitore, -- juxta tradita per Corn. conf. 257. n. 9. & seqq. lib. primo.*

Nec contra Juris præsumptionem ex facti circumstantiis comprobata exaudiri promeruit animadversio, quod Didacus fuisset Patri invidus, & ad ejus instantiam carceratus. Quoniam non ex eo, quod Pater filium inobedientem coerceat, diminuta dicitur affectio paterna; Et de cetero dum ipsemet Pater in actu, quo Didacum emancipavit, eique donavit Domum sitam in Regione Pineæ eam exposuit rationem ob affectum Paternum, & benevolentiam, & prædilectionem, quibus semper persecutus fuit, & de præsentis profectur D. Didacum de Avila ejus filium Primogenitum, in dubium revocari amplius non merebatur dilectio paterna, quam ipsemet Jacobus verbis, & facto comprobavit.

Et ita videntibus quinto, & sexto, ac in Contradictorio Partium &c.

E A D E M,

Eodem;

Lunæ 3. Martii 1721.

ARGUMENTUM IDEM.

SUMMARIUM.

- 1 Pater censetur exclusus ab usufructu omnique alio commodo legati filiis relicti cum libera facultate disponendi.
- 2 Ita ut per illud ab onere præstandi alimenta filiis non liberetur.
- 3 Filii de eodem legato in præjudicium Patris disponere possunt, nec tenentur cum alimentis compensare ex pluribus. & n. 9. 10. & 11.
- 4 Pater obsequi debet testatoris voluntati cujus est hæres.
- 5 Hæres non potest immutare destinationem legati à testatore factam.
- 6 Legatarius dilector quàm hæres censetur in re legata.
- 7 Legatum per interversionem voluntatis testatoris inutile reddi non debet.
- 8 Testatoris voluntas exequenda est.
- 9 Alimenta a Patre præstita filiis absque protestatione censentur data citra animi cõpensandi.
- 10 Pater administrator bonorum filii non præsumitur alimenta illi donare voluisse.
- 11 Administratio tamen debet esse vera, & non sufficit ficta.

DECISIO II.

**C**reditum Didaci de Avila Authoris D. Ciaciaperci vigens contra hæreditatem Jacobi Patris ex eo decedens, quod is non adimpleverit neque Investimentum, neque multiplicum R. P. D. de Avila sibi ejusdem Didaci favore demandatum, compensatum minime dici posse cum alimentis ab eodem Jacobo Patre subministratis, in conflictu sententiarum; censuit tandem S. Tribunal die 15. Julii elapsi anni 1720. tum quia Jacobus non potuerit, tum quia noluerit proprium debitum cum alimentis compensare; Cumque iterum examinatis in hodierna audientia circumstantiis, in quibus subministrata fuerunt alimenta, Domini adhuc arbitrati sint, quod prætenfæ compensationi uterque defectus obfisteret, potestatis scilicet, & voluntatis responderunt persistendum esse in decisis.

Defectus

Defectus enim potestatis sanè indè emerferat quod R. P. D. Hieronymus in eodem Testamento, in quo sibi hæredem nuncupavit Jacobum Fratrem, ei pariter demandavit favore Didaci, & Hieronymi ejus filiorum investimentum multiplicandum usque ad ætatem 20. annorum ea insuper addita provisione quod cum Didacus, & Hieronymus prædicti ad dictam ætatem 20. annorum pervenerint Loca Montium &c. sint libera ipsius Didaci, & Hieronymi ad hoc ut ipsi tam Loca Montium, quam illorum fructus vendere, & illorum integrum pretium in emptionem unius; vel plurium Romanæ Curie officiorum &c. convertere, ac de illis &c. pro eorum libito voluntatis disponere liberè possint, & valeant -- Nam cum ex hujusmodi dispositionis tenore aperte convinceretur, investimentum relictum fuisset Didaco, & Hieronymo eorum propria contemplatione, & independenter à Jacobo Patre, & cum interdictione ususfructus regulariter Patri debiti in Bonis adventitiis filii, indè cum libera, & absoluta potestate de illo quomodolibet disponendi pro libito voluntatis, certum indè insurgebat conseqens quod juxta mentem, & voluntatem Testatoris, investimentum cedere integre deberet commodo, & utilitati Legatariorum absque ulla participatione Jacobi Patris, neque quoad administrationem, neque quoad emolumentum, ut præ cæteris denotabat generalis, & amplissima illa facultas disponendi ipsis dumtaxat Legatariis tributa juxta regulam *Text. in l. Mater C. ad Terullian. quam in proposito expendunt Surd. conf. 259. n. 17. lib. 2. Gratian. discept. for. cap. 227. num. 16. & seqq. Merlin. Pignat. contr. for. 29. n. 26. & Boer. dec. 193. n. 2.*

Quo posito virtualiter etiam prohibita dicenda erat ejusdem legati diminutio, & conversio ad commodum Patris, ut is expleto multiplico valisset subtrahere alimenta proportionabiliter ad illius redditus; Tum quia hac admitta subtractione, legatum non amplius contineret privativum filiorum commodum, sed potius respiceret Patris utilitatem, & idemmet Pater per indirectum consequeretur, id quod secundum Testatoris intentionem fuerat pro solis filiis dispositum contra elementare Juris principium, de quo *Surd. con. 301. nu. 74. & decis. 21. num. 4. Menoch. conf. 1105. n. 18. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. nu. 82. Mangil. de imput. quæst. 51. n. 30. & Scacc. de commerc. & Mercat. §. 1. quæst. 7. par. 7. ampl. 11. nu. 2.* Tum etiam quia in ea hypothefi, de qua cogitavit Testator, quod nempe Jacobus multiplicum complevisset, filiisque de facto consignasset, incompatibilis remaneret Alimentorum subtractio pro intranti quantitate fructuum ex eodem multiplico retrahendorum cum facultate disponendi de forte & fructibus dicti multiplici filii absolute, & pro libito voluntatis concessa, nam si in hoc præciso casu Pater prohibere filiis non poterat dispositionem, imo si eo intuitu Testator legaverat, ut filii de illo, ejusque fructibus inconsulto Patre disponerent, hinc Jacobus Pater valisset alimenta, vel denegare, vel imminuere nisi insimul contunderet prælibatam disponendi facultatem, qua mediante licitum erat filii multiplicum alienare, ejusque fructus in alios usus sibi magis bene visos convertere, atque etiam disperdere ad *Text. in Clement. final. de ætat. & qualit. cap. 1. verbo liberè de reg. Jur. in 6. Dec. conf. 41. num. 14. lib. 2. Gozzad. conf. 47. n. 9. Gratian. discept. for. cap. 919. num. 13. & 20. & Rot. dec. 176. num. 27. par. 2. rec. etiam in præju-*

dicium Patris, qui nequisset filiorum libertatem cohibere, jam quod ea proveniebat ex placito Legantis, cui Pater hæres in hac parte parere tenebatur ad *Text. in l. cum à Matre C. de rei vindic. Conciol. de hæred. art. 3. num. 8. Rota in Ariminen. fideicommissi Bandi de Bandis 15. Aprilis 1701. §. Et demum coram Eminentissimo Domino Cardinali Scotto, in Urbinaten. Mantentionis, seu Spolii 2. Maii 1601. §. Secundus coram b. me. Muro & in Forolivien. fideicommissi de Torellis super reservatis 20. Maii 1705. §. Quibus coram Me.*

In his igitur terminis parum relevabat quod Pater alere non teneatur filium divitem, & aliud de alimentis provisum in modum, ut quantenus fuisset confectum multiplicum Jacobus valisset excipere quod Didacus sese aleret ex illius fructibus; Quoniam excusatio hujusmodi tunc Patri prodesse posset quando nulla resisteret dispositio Testatoris, quæ innovasset dispositionem Juris, sive quando præceptum Testatoris Patrem efficaciter non obligasset ad servandam integritatem, & libertatem relicti, non verò in præsentis facti specie, ubi ex opposito Testator legatum integrè contulit Legatariis, tam scilicet quoad commodum, quam respectu administrationis, & omnimodæ dispositionis, atque insuper medio qualitatis hæreditariæ effectit quod Pater diminueri non valeret legati plenitudinem, cum in his circumstantiis nulla ex legato oriri possit exceptio eximens Patrem à subministrazione alimentorum eo quod in hoc casu legatum ipsum suam habuit à Legante destinationem, quam hæres non valet immutare juxta doctrinam *Imolæ in Clement. 1. contingit in princ. de relig. domib. Dec. in cap. cum accepissent n. 26. & 52. de constitut. Pacian. conf. 8. n. 20. Marot. contr. for. cap. 1. num. 25. & seqq. & Monet. de commut. ultim. vol. cap. 5. n. 40. cum seq.*

Præsertim ubi innovatio vergeret ad commodum proprium, & in præjudicium Legatarii, quia tunc majorem fortiretur in jure resistentiam ob prædilectionem Testatoris militantem favore Legatarii in Concurfu hæredis quoad executionem Legati ex firmatis per *Menoch. conf. 200. nu. 23. Bert. conf. 97. n. 20. lib. 2. Ciriaco. contr. 13. n. 43. & Rot. dec. 627. n. 3. par. 2. rec.* Eoque magis ubi per innovationem legatum evasisset inutile, ut argumento *Text. in l. 2. ff. de liber. & posth. & l. fundus qui locatus ff. de fund. infruct. in puncto advertit Ripa in l. cum filio n. 69. & ibi etiam Socin. jun. n. 226. ff. de legat. 1. Surd. conf. 116. n. 38. ac nu. 55. cum seqq. Card. de Luc. de servit. disc. 61. num. 21. & Rot. coram Ludovis. dec. 444. sub n. 7.* Proût sanè hic contingisset quatenus Legatarii illud reservare tenerentur pro alimentis, nam exinde inoperativum remansisset respectu facultatis liberè de illo disponendi; Qua posita indeclinabilis in dicto casu fuisset legati inutilitas si non respectu rei, quæ semper remansisset in Dominio, & administratione Legatariorum, saltem quoad modum utendi, & circa liberam, & absolutam disponendi facultatem, quæ utpotè expressè à Testatore demandata debebat suum effectum, & executionem peculiariter consequi juxta *Text. in l. 1. C. de Sacros. Eccles. & Can. voluntas 13. quæst. 2. Socin. jun. conf. 65. n. 1. lib. 1. Decian. conf. 46. n. 4. lib. 4. Mantie. de conject. ultim. volunt. lib. 3. ut. 3. n. 1. Rot. in Maceraten. contributionis 14. Junii 1702. §. Non obstante coram Rõno D. meo Lancetta Decano, & in Placentina Legati Pii 14. Decembris 1705. §. Fortius coram eodem.*

Et demum vetitam fuisse mutationem dicti libe-